

EL FRAGMENTO DE SACRAMENTARIO MS. 22.2 DE TARRAGONA

Hace casi veinte años di noticias del fragmento de Sacramentario,¹ procedente de Las Pilas, conservado en el Archivo Histórico Diocesano de Tarragona, ms. 22.2. Preparé su edición, que ofrezco ahora en estas páginas.

El fragmento consta de dos bifolios de pergamino; miden 250 x 180 mm., escritos a 20 líneas, caja de escritura 200 x 140 mm. Las iniciales al minio, oxidadas. Los folios 1-2 están escritos por mano de fines del siglo X, curiosa por sus idiotismos (g, x, a, etc.). Los folios 3-4 los escribió otra mano contemporánea, también de fines del siglo X. Sin duda fue escrito en Cataluña,² quizá en algún centro periférico de los Pirineos.

El contenido confirma el origen catalán. Por una parte, se halla incompleta la misa de san Félix de Gerona (I); por otra, un *Ordo sepulturae* (IX) con influencias visigóticas y vecino al del *Sacramentario de Vich*, editado por A. Olivar.

Las misas del santoral conservadas son ocho, y en cuatro se incluyeron prefacios propios (I Felix, IV Sixti ep., VI Tiburcii, VII Hipoliti). En cambio, el formulario II (Stephani ep.) no incluyó el prefacio que vemos en el Sacramentario de Ripoll. Se trata, pues, de un sacramentario gregoriano mixto, con influencias del Suplemento de Benito de Aniada.

En cuanto al «Ordo sepulturae», aunque ofrece textos comunes con el Sacramentario de Vich, no sigue el mismo orden en las oraciones. Particular interés ofrecen las antífonas (IX, 26-27) comunes

1. J. Janini y J. Ricomá, Fragmentos litúrgicos del Archivo Histórico Diocesano de Tarragona, en «Analecta sacra Tarraconensia» 38 (1965), p.224.

2. Agradezco al profesor A.M. Mundó cuya carta (4-X-1984) matiza las características paleográficas de ambas manos y la procedencia catalana del fragmento.

con el Antifonario visigótico mozárabe de León. Asimismo el título CL (= Completuria) precediendo a la fórmula *Suscipe* (IX, 31-32) de indudable origen visigótico,³ y el título *Oratio Baselica*.

JOSÉ JANINI

3. Véase mi estudio «In sinu amici tui Abrahae». Origen de la recomendación del alma del Reginensis, en «Miscel-lania litúrgica catalana III (Barcelona 1984).

ABREVIATURAS

Ha = *Hadrianum*, ed. J. Deshusses, *Le sacramentaire grégorien* I, Fribourg Suisse 1971.

Gellone = *Liber sacramentaorum gellonensis*, ed. A. Dumas (= Corpus Christianorum Lat. CLIX, Tournai 1981).

Ri = *Sacramentarium Rivipullense*, ed. A. Olivar, Madrid- Barcelona 1964.

SpA = *Supplementum Anianense*, ed. J. Deshusses, *ibid.*, I Fribourg 1971.

U = *El sacramento de Vich*, ed. A. Olivar, Barcelona 1953.

TEXTO

I

«EODEM DIE NATALE SANCTI FELICIS GERUNDA»

1. ... bratur qui¹ beati felicitis martiris sanguis in ueritate² (f. 1r) testificatione profusus magnifico nominis honore signauit. per christum.

2. *POST CŌ.* Populum tuum domine perpetua munitione defende. nec difficultates.¹ quod pie quod iuste postulat consequatur. cuius² beati felicitis merita suffragant«ur». per.

II

III NONAS AUGUSTI. SANCTI STEPHANI EPISCOPI

3. Deus qui nos beati step'h' ani martiris tui atque pontificis. annua solemnitate letificas. concede propicius. ut cuius natalicia colimus. de eiusdem tua¹ protectione gaudeamus. per.

4. *SCRĀ.* Munera tibi domine dicata sanctifica. et intercedente beato stephano martire tuo atque pontifice. per eadem nos placatus intende. per.

5. *POST CŌ.* Hec nos comunio domine purget a crimine. et intercedente beato stephano martire tuo atque pontifice. celestis remedii faciat esse consortes. per.

III

III NONAS AUGUSTI. INUENCIO CORPORIS BEATI STEPHANI

6. Omnipotens sempiternus deus. qui sacra beati protomartiris tui stephani. membra fide / libus tuis hodierna die reuelare f. 1v uoluisti. concede intercessionis eius auxilio nos ab instantibus tribulationibus liberari. et futuris consolationibus sociari. per.

1. (U 499) ¹ qui / qua ² ueritate / ueritatis
2. (U 501) ² difficultates / difficulter ² cuius / cui
3. (Ha 625) ¹ tua / etiam
4. (Ha 626)
5. (Ha 627)
6. (Ri 1131)

7. *SCRĀ*. His quesumus domine meneribus intende placatus. et tribue suplicationibus gloriosi. protomartiris tui stephani nos a peccatis omnibus et celesti gratia ditari. per.

8. *POST CŌ*. Deus qui ecclesie tue gloriosi protomartiris tui stephani non defraudasti. / *ad cuius* / «artus». da ut eius suplicatione «fiat» tibi semper deuota et meritis iugiter segura. per.

IV

VIII IDUS A«U»GUSTI NATALE SIXTI EPISCOPI ET CONFESSOR«IS»

9. Deus qui conspicias. qui 'ex' nulla nostra uirtute subsistimus. concede propicius. ut intercessione beati sixti martiris tui atque pontificis contra omnia aduersa muniamur. per.

10. *SCRĀ*. Sacrificiis presentibus domine quesumus intende placatus ut et deuocioni/s/ nostre proficia«n»t et saluti. per.

11. *PREFAC*. U+D aeterne deus. Et in die festiuitatis hodiernae qua beatus sixtus pariter sacerdos et martir. deuotum tibi sanguinem exultant¹ et effudit. Qui ad eandem gloriam promerendam doctrine sue /

V

«III IDUS. NATALE SANCTI LAURENTII» •

12. supernorum. per christum. (f. 2r)

13. *POST CŌ*. Sacro munere saciati supplices te domine deprecamur. ut quod debite seruitutis celebramus offitio. intercedente beato laurentio saluationis tue senciamus augmentum. per.

14. *ALIA* Deus cuius caritatis ardore beatus laurentius edaces incendii flamas contento persecutore deuicit. concede ut omnis qui martirii eius merita ueneramur. proteccionis tue auxilio muniamur.

7. (Ri 1132)

8. (Ri 1134)

9. (Ha 628)

10. (Ha 629)

11. (U 529 SpA 1644)¹ exultant et / exultanter

12. (U 552 SpA 1647)

13. (Ha 647)

14. (Ha 648)

VI

III IDUS AUGUSTI. NATALE SANCTI TIBURCII

15. Beati tiburcii nos domine foueat continuata presidia. qui«a» non desinis propicius intueri. quos talibus auxiliis concesseris adiuuari. per.

16. *SCĀA*. Adesto domine precibus populi tui adesto muneribus. ut que sacris sunt oblata misteriiis. tuorum tibi placeant intercessione sanctorum. per.

17. *PREFAC*. U+D aeterne deus. Qui dum beati tiburcii martiris «tui» merita gloriosa ueneramur. auxilium nobis tue proteccionis adfore deprecamur. Quoniam credimus nos per eorum / intercessionem (f. 2v) qui tibi placuerunt. peccatorum nostrorum uenia«m» inpetrare. per christum.

18. *POST CŌ*. Sumsimus domine pignus redemcionis eterne. sit nobis domine quesumus interueniente beato tibu«r»cio martire tuo uite presentis auxilium pariter et futurum. per.

VII

IDUS AUGUSTI. NATALE SANCTI IPOLITI

19. Da nobis quesumus omnipotens deus. ut beati ipoliti martiris tui. ueneranda solempnitas. et deuocionem nobis augeat et salutem. per.

20. *SCĀA*. Respice domine munera populi tui sanctorum festiuitate uotiu. et tue testificacio«ne» ueritatis nobis proficiat ad salutem. per.

21. *PREFAC*. U+D aeterne deus. Et tuam clemenciam uotis supplicibus implorare. ut beati ipoliti intercessio poccartorum nostrorum obtinea/n/t ueniam. qui per tormenta passionis eternam peruenit ad gloriam. per christum.

22. *POST CŌ*. Sacramentorum tuorum domine comunio sumta nos salue/n/t. et in tua«e» ueritatis. luce confirme/n/t. per.

VIII

XVIII KALENDAS SEPTEMBRIS. NATALE SANCTI EUSEBII

23. Deus qui nos beati eusebii / ...

15. (Ha 649)

16. (Ha 650)

17. (U 560 SpA 1648)

18. (Ha 651) futurum / futurae

19. (Ha 652)

20. (Ha 653)


21. (U 564 SpA 1649)

22. (Ha 654)

23. (Ha 655)

Non uenit uaperrare. p. p. m. p. co
Sicuti dicitur: pignus redemptionis in
 sit nobis die qui tunc interueniente beato
 tribuio m. r. tuo. u. n. e. p. s. e. n. t. i. s. a. u. a. i. l. u. m.
 p. a. r. t. e. r. & f. u. t. u. r. u. m. p. i. d. a. e. n. t. i. s. c. i.
Omnibus q. s. o. m. p. l. i. s. i. n. b. e. a. t. i. i. p. o. l. i. t. i.
 i. p. o. l. i. t. i. m. i. s. t. i. u. u. e. n. e. r. a. n. d. a. s. o. l. e. m. p. n. i.
 t. a. s. & d. e. u. o. c. i. o. n. e. n. o. s. t. r. i. a. u. g. e. a. t. & s. a. l. u. t. e. p.
Respice d. n. e. m. u. n. e. r. u. p. p. l. i. t. u. m. S. e. r. a.
 s. c. o. r. u. s. e. s. t. i. m. a. t. e. u. o. r. u. a. & u. e. r. e. s. t. a.
 f. i. c. a. c. i. o. n. e. u. e. r. i. t. a. t. i. s. n. o. b. i. s. p. f. i. c. i. a. t. a. d. s. a. l. u. t. e. p.
Macine d. s. t. r. u. a. c. l. e. m. e. n. t. i. s. p. s. a. c.
 c. i. a. r. u. u. o. r. u. m. s. i. m. p. l. i. c. i. b. i. m. p. l. e. r. a. r. e. u. t. b. e. a.
 t. i. i. p. o. l. i. t. i. i. n. t. e. r. c. e. s. s. i. o. p. e. c. c. a. t. o. r. u. m. n. r. o. r. u. m. c. o.
 t. i. n. e. a. n. t. u. e. n. i. a. q. u. i. p. r. o. m. e. r. i. t. a. p. a. s. s. i. o.
 n. i. s. e. t. i. n. a. p. u. e. n. i. t. a. d. g. l. a. m. p. x. p. i. s. e. o.
Sacramentorum tuorum d. n. e. c. o. m. u. n. i. o. s. i. m.
 p. t. a. n. o. s. s. a. l. u. e. n. t. & i. n. t. a. u. e. r. i. t. a. t. i. s. l. u. c. e.
 c. o. n. f. i. r. m. e. n. t. p. x. p. i. s. e. o. S. e. r. b. u. l. S. e. i.
S qui nos b. e. n. e. d. i. c. i. o. n. e. s. u. b. i. n. t.

Lámina I. Tarragona, Archivo Histórico Diocesano. MS 22.2, fol. 2V

Lámina II. Tarragona, Archivo Histórico Diocesano. MS 22.2, fol. 4^v

IX

«ORDO SEPULTUARE»

24. *Annuē nobis domine ut anima famuli tui remissionem quam semper optauit. mereatur percipere peccatorum.*

25. In memoria eterna erit. *Cantatur Psalmus.* Di (...)

26. Ne tradas besteis animas confiten(tes). Exultent iusti. Mors preciosa in conspectu domini.

27. Exultabunt iusti in gloria.

28. Requiem eternam dona eis domine.

29. Anima eius in bonis demorabitur.

30. Domine exaudi.

31. *CL.* Suscipe domine animam serui tui il. reuertentem ad te. et uestem celestem indue eam. Amen. Laua eam sancto fonte uite eterne. Amen. Ut inter gaudentes gaudeat. Amen. Et inter sapientes sapiat. Amen. Et inter martires coronata consedeat. Amen. Et inter patriarchas et prophetas proficiat. Anem. Et inter apostolos christum sequi studeat. Amen. Et inter angelos et archangelos claritatem dei prouideat. Amen. Et inter paradisi rutilos lapides gaudium possideat. Amen. / ... Amen. Et inter uiginti quattuor seniores cantica (f. 3v) *canticorum cantet. Et inter lauantes stolas in fontem luminis uestem lauet.* Amen. Et inter pulsantes *pulset et portas apertas* celestis ierusalem reperiat. Amen. *Et inter uidentes deum facie ad faciem uideat.* Amen. Et inter cantantes canticum nouum cantet. Amen. Et inter audientes auditum celestem sonum audiat. per.

32. *ALIA.* Suscipe domine seruum tuum il. in bonum habitaculum eternum. et da ut in sinibus patriarcharum suarum id est abrahe, yssac et iacob conlocre digneris. Amen. Et habeat partem in prima resurrectione. Amen. Et inter surgentes surgat. Amen. Et inter suscipientes corpora in die resurrectionis corpus suum suscipiat. Amen. Et cum benedictis ad dexteram dei patris uenientibus ueniat. Amen. Et inter possidentes uitam eternam possideat. per.

33. *ORATIO POST LAUATUM CORPUS.* Deus uite dator et hu-/ manorum (f. 4r) corporum reparator *qui te a peccatoribus exorari uoluisti.* exaudi preces *quas speciali deuocione pro anima famuli tui il. tibi lacrimabiliter fundimus.* ut liberare eam /digneris/ ab inferorum crucia/n/tibus. et conlocare inter agmina sanctorum tuorum digneris. ueste quoque celesti et stola immortalitatis indui. et paradisi amenitate confoueri iubeas. per.

24. (U 1572 SpA 1406) Suplidas en cursiva las palabras que faltan por rotura del borde del folio.

25. (SpA 1406)

26. (SpA 1406 Antif. León 280r)

27. (Antif. León 93v)

28. (SpA 1406 Liber Ordinum 124/24)

29. (MozPs 288)

31. (U 1506 cf. Lib. Ordinum 110). Suplidas en cursiva las palabras que faltan por rotura del borde del folio.

32. (U 1508)

33. (U 1542 SpA 1407). Suplidas en cursiva, como el n° 31.

34. *ALIA*. Deus qui humanarum animarum eternus amator es. animam famuli tui il. quam uera dum in corpore maneret tenuit fides. ab omni cruciatu inferorum redde extorrem ut segregata ab infernalibus claustris. sanctorum mereatur adunari consorciiis. per.

35. *ORATIO BASELICA*. Omnipotentis dei misericordiam deprecemur cuius iudicio nascimur et finimur. ut spiritum cari nostri il. quem domini pietas de incolatu mundi huius transire precepit. requiem eternam suscipiat et eum beate resurrectionis representet. et in sinibus abrahe. et ysaac. et iacob con-/ locare dignetur. per. (f. 4v)

36. *ALIA*. Deum iudicem uniuersitatis deum celestium terrestrium et inferorum dominum deprecemur pro spiritu cari nostri il. et eum dominus in requiem conlocare dignetur et «in» parte prime resurrectionis resuscitet. per.

37. *ALIA*. Deus qui uniuersorum es creator et conditor. qui cum sis tuorum beatitudo sanctorum. presta nobis ut spiritum fratris nostri il. a corporibus nexibus absolutum in prima resurrectione facias presentari. per.

38. *ORATIO ANTE SEPULCRUM PRIUS QUAM SEPELLIATUR*. Obsecramus misericordiam tuam aeterne omnipotens deus. qui hominem ad imaginem tuam creare dignatus es. ut spiritum et animam famuli tui il. quem hodierna die rebus humanis eximi ad te arcessire iussisti. blande et misericorditer suscipias. Non ei dominetur humbre mortis. nec tegat eum cahos et caligo tenebrarum. sed exutus omnium criminum labe in sinu /

(Fin del fragmento)

34. (U 1543 SpA 1408 Orac. visig. 1212).
 35. (U 1520 Gellone 2911)
 36. (U 1521 Gellone 2912)
 37. (U 1504 Gellone 2913)
 38. (U 1557 SpA 1409)

